



**M**artinus in Saxonia honestis parentibus natus & educatus fuit. Is cum prima literarum fundamēta feliciter iecisset, sese hinc inde ad varias Academias cōtulit, & magnam in omni genere artium sibi eruditionem comparauit. In primis uerò Theologiæ incubuit, atque eius facultatis Doctor creatus fuit. Postea in patriā redijt, & sua eruditioe omnibus innotuit. Eo tēpore Saxonix duces Vuitenbergæ Academiam instituere, & multis priuilegijs exornare proposuerunt. Itaq; Martini opera in eo potissimum usi fuerunt, qui etiam primus eius Gymnasij rector ab omnibus ordinib. electus fuit. Vnde Martinus omnia in noua schola optimè di-

spofuit, et apud omnes in magna autoritate fuit. Cum etiam postea Lutherus anno 1508 Vuitenbergam uocatus esset, atq; Theologiam profiteri cœpisset, Martinus ipsum magna admiratione audiuit, & Lutherum quandoq; Academiaram modum docendi mutaturum prædixit. Id quod etiam postea euētus indicauit. Vnde factum quod Martinus ob varias corporis & animi uirtutes apud posteritatem sibi magnam autoritatem conciliarit.

Lud. Rabus in Luthero.